IOANNES III. DEI GRATIA
REX POLONIAE. MAGNUS DUX LITHUANIAE. Russiae. Prussiae. Masouiae. Samogitiae. Kiouiae. Volhyniae. Podoliae. Podlachiae. Liuoniae. Smolensciae. Seueriae Czerniqueque.

Significamus prn̄tibus lr̄is Nr̄is quorum interest universis Et singulis.
Quod cum Nobis supplicassent Nobilis Joannes Gladysz Consul Vieliciensis
Et Senior Succamerarius Cracovien̄ Et Spectabilis Jacobus Rosowski
Consul Vielicen̄ nomine Sp̄lis Magistratus et totius Communitatis Ci-
uitatis Nr̄ae Vielicen̄ vt omnia Iura et Priuilegia praedictae Ciuitati Vie-
licen̄ a Serenissimis olim Diuae memoriae Antecessoribus Nr̄is Regibus Po-
loniae collata ratificata et approbata sunt authoritate quoque Nr̄a in his Re-
gni Nr̄i initys approbare ratificare confirmare roborare et renouare dignaremur produxissetque
Nobis horum omnium Priuilegiorum lr̄as in Pargameno exaratas manu Serenissimi olim Diuae
memoriae Michaelis Regis et Antecessoris Nr̄i subscriptas Sigilloque Regni Minoris Cancella-
riae appenso munitas sanas saluas illaesas omnique suspicionis nota carentes. Quarum literarum
tenor sequitur de verbo ad verbum estque talis. M I C H A E L Dei grā REX Poloniae Magnus
DUX Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogitiae Kiouiae Podoliae Podlachiae Smolen̄ Seueriae Czer-
nichouiaeque. Significamus prn̄tibus lr̄is Nr̄is quorum interest vniuersis Et singulis. Perennatu-
rorum Imperiorum eam peculiarem censemus et arbitramur felicitatem non tantum Iura
Priuilegia libertates et immunitates Ciuitatibus tam Maioribus quam et Minoribus per
Diuos Sermosque Praedecessores Nr̄os gratiose collata ac per Nos circa auspicatissimam
inauguratione ad felicem Coronationem Nr̄am solenni jurisiurandi Sacramento in facie
omnium Ordinum Regni praestito vniuersaliter approbata iterata speciali Diplomate
ius Nr̄i authoritate confirmare expedit; verum etiam farta tectaque inuiolabiliter conser-
uare dignum et conueniens est. Proinde Et Nos annuente Dei Praepotentis dextera
inclyti huius Regni et Dominiorum eidem annexorum assumpto Diademate nihil
penitius consideramus quam insistendo laudatibus Sermorum Antecessorum Nr̄orum
exemplis omnibus Ciuibus et Subditis Nr̄is ad Maiestatem Nr̄am Regiam recurrenti-
bus particularem confirmationem denegare nolumus quin imo eorundem maiora in-
crementa impartiri volumus. Cum vero Nobis per Spectabilem et Famatum Franci-
scum Przeaborski Consulem et Simonem Kordecki Scabinum Vieliciensem nec-
non Incolas Ciuitatis Nr̄ae Vieliciensis per certos Consiliarios lateri Nr̄o nunc assi-
dentes bina Priuilegia literis pargameneis exarata, vnum quidem manu Serenmi
SIGISMUNDI Tertij propria subscriptum Sigillisque pensilibus binis tam Maio-
ris

quam & Minoris Cancellariæ Regni alterum vero approbatorium Confirmationis omnium
Iurium & Privilegiorum Civitatis ejusdem Vielicien in vniuersum omnium servien manu
Serenissimi IOANNIS CASIMIRI itidem propria subscriptorum Sigillo Maio
ris Cancellariæ Regni communitum sana salua et illæsa omniq suspicionis nota in se
carentia reproduxerunt ac Nobis humillime supplicauerint vt eadem Privilegia authori;
tate Nra Regia approbare confirmare et ratificare dignaremur. Quorum Priuilegiorum &
quidem Primi tenor prout sequitur est eiusmodi IN NOMINE DOMINI AMEN
Ad perpetuam rei memoriam NOS SIGISMVNDVS Tertius DEI gratia REX
Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Livoniæq Ney
non Sueccorum Gothorum Vandalorumq hæreditarius REX. Significamus præntibus lris
Nris quorum interest vniuersis et singulis Quod cum Serenissimi Antecessores Nri præcipu;
am semper Civitatis Nræ Magni Salis Vielicien habuissent rationem vtpote quæ in So;
dinis Nris Salinarys plurimum adferat commodi ita vt eam etiam Vnam ex SEX Civita
tibus perpetuorum Iudicum Commissariorum vltimæ instantiæ Priuilegiatorum esse
voluerint idem quoq Nobis faciendum existimauimus hoc præsertim iniquissimo tempo;
re quo cum multæ alia Ciuitates præcipuæ tum illa quoq ad summam peruenit egesta
tem. Cum itaq in eadem Ciuitate Vieliciensi ab ipsa fundatione Aduocatia fuerit
erecta quæ cum multis Annis per diuersos insignes Viros possideretur tandem muni;
ficentia primum quidem Serenissimi Regis VLADISLAI postmodum
Serenissimi Sigismundi Primi Aui et Antecessoris Nri desideratissimi ejdem ipsi
Ciuitati Vieliciensi collata per eosq consensu eorundem Serenissimorum Regum acceden;
te, Primum quo ad medietatem sub tempore memorati Regis Vladislaj emptu postea vero præfati
Regis SIGISMVNDI Primi tempore juris Ordine in reliqua medietate de manibus diuersorum
Possessorum redempta fuit eaq postea temporis successu Legibus Regni sic disponentibus ad eximen;
dum Gnoso Ioanni Sczerbic Aulico Nro per Nos concessa per ipsumq per aliquot Decreta Nra
redempta fuit. Is vero posteaquam illam annis aliquot possedisset et precibus Ciuium illorum
adductus est vt de dittenda eadem Aduocatia certam cum eis fecisset compositionem per;
misisset vt ijdem Ciues Vielicenses Incorporationem eius Aduocatiæ apud Nos &
Regni Nri Ordines impetrarent vnde factum est Vt primum quidem Nobilitas totius
Palatinatus Cracouien in Conuentu particulari Prossouien vnanimi consensu id Nun
cys suis in mandatis dedisset, tandem vero omnes Ordines Regni in Conuentu præsenti
Generali id ipsum a Nobis peterent vt eandem Aduocatiam Ciuitati illi conferremus, &
perpetuis temporibus incorporaremus. Dedimus itaq hoc libenter tot intercessionibus Se;
natorum Nuntiorumq Terrestrium ad præsentem Conuentum congregatorum vt pri;
mum quidem Contractum seu Compositionem per præfatos Ciues Vielicenses cum memorato
IOANNE SCZERBIC moderno eius Aduocatiæ Possessore eo nomine factam approbaremus
prout iam ex nunc in omnibus Punctis clausulis et conditionibus approbamus et confirmamus
inhærendoq Constitutioni publicæ Conuentus moderni Aduocatiam præfatam cum omni;
bus eius agris campis fundis subditis ædificys censibus laboribus fructibus, reditibus emo;
lumentisq vniuersis ita late, longe & circumferentialiter prout ex antiquo in suis metis
limitibus & Granicicbus erat et prout eam modernus Possessor vigore commensurationis

Commissorialis & Decretorum Nostrorum tenuit et possedit Ciuitati prædictæ Vieli
ciensi, eiusq Ciuibus in Vsus Ciuitatis publicos. Ivre perpetuo et hæreditario confe;
rimus damus donamus et incorporamus temporibus perpetuis, Cum omni iure, dominio
proprietate et hæreditate per eandem Ciuitatem, eiusq Ciues tenen haben perpetuo
possiden atq in vsus vti præmissum est Ciuitatis illius publicos conuerten, necnon cum
expressa & plenaria facultate et potestate IVDICIA omnia ad Aduocatum spectan
tia tam Burgrabialia quam exposita, et quævis alia iuxta contenta et præscriptum
Priuilegiorum per Serenissimos Antecessores Nros Ciuitati illi concessorum per Aduocatu
seu Vice Aduocatum per Consules ex medio antiquorum Consulum eligendum et Scabi;
nos ex præscripto juris Magdeburgen iudican tractan & exercendi. Saluo ex eade
Aduocatia Seruitio bellico tempore publicæ Expeditionis Nobis Reiqpublicæ præstando
harum quibus Sigillum Maiestatis Nræ appensum est manu Nostra subscriptarum
testimonio literarum. Datum Varsauiæ in Conuentu Regni Generali Die XXVI
Mensis February ANNO DOMINI M.D.C.I.X. Regnorum Nostrorum
Poloniæ Vigesimo Secundo Sueciæ Decimo quinto. Præsentibus Illustrissimis
Reuerendissimis Reuerendis Illustribus Magnificis & Generosis ALBER
TO Baranowski Archiepiscopo Gnesnensi Legato Nato et Primate Regni
primoq Principe. IOANNE ZAMOYSKI Archiepiscopo Leopolien
PETRO TYLICKI Episcopo Cracouiensi BENEDICTO
WOYNA VILNENSI MATTHIA PSTROKONSKI Cu
iauiensi ANDREA OPALINSKI Posnaniensi MAR
TINO SZYSZKOWSKI Plocensi SIMONE RVDNICKI
Varmiensi PETRO WOLVCKI Luceoriensi LAVRENTIO
Gembicki Culmensi Regni Poloniæ Cancellario Georgio Zamoyski Chel
mensi CHRISTOPHORO Kazimierski Kijouiensi Episcopis
IANVSSIO Duce Ostrogiæ CASTELLANO CRACOVIENSI
Circassien Byalocerkiewen Wlodimiren Pereaslauien Nicolao
Zebrzydowski Palatino & Generali Capitaneo Cracouien CHRISTO
PHERO RADZIWIL Duce in Olyka & Nieswiez Vilnensi Ada
mo Sandzigomio a Czarnkow Lenciciensi Maioris Poloniæ Ghali
Capitaneo STANISLAO ZOLKIEWSKI Kijouien & Exer
cituum Regni Campestri Duce Rohatynensi Kalussiensi Kamio
nacensi Capitaneo IANVSSIO ZASLAWSKI VOLHINIÆ
Iacobo de Gawrony Pretficz Podoliæ Premboslien Capitaneo STA
NISLAO KRASINSKI Plocensi Blonensi Capitaneo Mat
thia Konopacki Culmensi Graudentinensi Capitaneo GEORGIO.

KOSTKA Mariaeburgensi Golubensi Capitaneo, LUDOVICO A Mortang Pomeraniae Pokrzyuner Skarsouieng Capitaneo Palatinis IOANNE Comite ab Ostrorog Posnaniensi Marieburgensi & Parno liniensi Capitaneo Adamo Stadnicki de Zmigrod Calissiensi Premy sliensi Kolensi et Stryiensi Capitaneo ANDREA LESZCZYNSKI Gnesnensi Koualiensi Kuninensiq Capitaneo ANDREA POTOCKI Camenecen Bialocamenen Capitaneo STANISLAO TARNOWSKI Plocensi Gostinen Capitaneo ADAMO KISSEWSKI Czerscen STANISLAO Dzia lynski Elbingen Tolkmiten Capitaneo ANDREA COMITE A TECZYN Visliciens Horodlen Capneo ANDREA FIRLEY de Dambrowica Zawichosten NICOLAO OLESNICKI Malogostien PETRO GAWRONSKI Vielunen STANISLAO STADNICKI Premyslien Balthazaro Stanislawski Sanocen Stargardien Szydlowieng Capneo NICOLAO SPYTKONE de Bobrek Ligeza Cechouien Brecen Capneo VENCESLAO KIELCZOWSKI Bie chouien Moschouen Capneo IANUSSIO PRZYMOLSKI Bydi gostien Sreden Capitaneo Petro Choinski Santocen CONSTANTINO PLIOTTA Sochacouien STANISLAO WARSZYCKI Warszauien Lubrinen Osiecenq Capitaneo ADAMO KOSOBUCKI Wysogroden Ioanne Podoski Ciechanouien Rosanen Capitaneo STANISLAO PAZYS Linen Czernen Capitaneo Kastellanis, CHRISTOPHORO GOMO [illegible] Bizestayski Magni Ducatus Lithuaniae Marschalco NICOLAO WOLSKI de Podhayce Regni Curiae Marschalco Krzepicen Capitaneo LEONE SAPIEHA Magni Ducatus Lithuaniae Cancellario Slonimen & Derpatensi Capitaneo HIERONYMO WOLOWICZ Thesaurario Ma gni Ducatus Lithuaniae Henrico Firley de Dambrowica Praeposito Ploce Scholastico Cracouien Referendario Regni IOANNE SKOTNICKI Referendario Regni Eustachio Wolowice Referendario Magni Ducatus Lithuaniae ANDREA BOBOLA Succamerario Gnesnen Capneo STANISLAO SIECINSKI Praeposito Cracouien Posnanien & Pultouien Canco ANDREA LESKI Custode Gnesnen Scholastico Plocen Canco Cracouien Matthia Lubinski Praeposito Lancicien Canonico Gneznen Re ginoldo Eindensten Martino Mirucki Canon Gneznen Scris & alys quam plurimis Dignitarys, Officialibus & Aulicis Nris tum etiam Nuntys Terrarum Regni et Magni Ducatus Lithuaniae ad praesentem Conuentum congregatis SIGISMUNDUS REX Locus Sigillorum Maiestatis et Minoris Cancellariae Regni Martinus Mirucki Secretarius Regiae Mtis manu propria. Secundi vero series est talis. IOANNES CASIMIRUS Dei gratia REX POLONIAE

Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogitiae Liuoniae Smolen Cerniechouiaeque Necnon Suecorum Gottorum Vandalorumq haeres REX Significamus praesentib literis Nris quorum interest, vniuersis & singulis. Quod cum in praesentibus Comitys Regni Generalibus feliciis Coronationis Nrae Famatus Proconsul Consules Aduocatus & Scabini totaq Communitas Ciuitatis Nrae Vielicien per Famatum Symonem Pawecki & Paulum Skalski Consules Vielicien ac Conciues suos iuramentum fidelitatis suae Nobis praestitissent humiliterq Nobis supplicassent vt eorum iura & Priuilegia approbare & confirmare dignaremur, Nos quemadmodum in praefato Coronationis Nrae Conuentu omnia in vniuersum iura Priuilegia literas im munitates publicas et priuatas Omnium Regni et Dominiorum Nrorum Incolarum Status conditionis et dignitatis cuiuscunq tam Spiritualis quam saecularis Ordi nis hominum ab Antecessoribus Nris rite concessas praeuio Iuramento approbauimus & confirmauimus ita et nunc praefatorum Ciuium Vieliciensium Supplicationi vti iustae benigne annuen Omnia et Singula eorundem Iura literas Priuilegia immunitates libertates praerogatiuas Exemptiones ac libertationem vigore Constitutionis Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi Tertij ab omnibus Stationibus & exactionibus Militum omnesq alias consuetudines laudabiles necnon depositoria Decreta Concessiones Plebiscita Senatusconsulta Inscriptiones Cessiones Exemptiones Artificum & Contuberniorum Fraternitates eorumq Priuilegia Et praecipue Priuilegium Serenissimi olim VLADISLAI Quarti Fra tris Nri charissimi de Data Varsauiae Die XXII Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto Contu bernio Salis iniuso alys Stolnikom y Kopaczom Ratione meliorationis Solutio nis ac Mensuris benigne collatis necnon praerogatiuas indulta quietationes & alia omnia munimenta tam pargamenea quam papirea tam Constitutionibus Regni quam etiam per Serenissimos olim Sigismundum Tertium Parentem Vladi slaum Quartum Fratrem Nrum charissimum aliosq quosuis Diuos Reges Princi pes, Duces ac Praedecessores Nros ac alias quascunq personas Spirituales vel Seculares eidem Ciuitati Nrae Vieliciensi data et concessa datas et concessas Iustas et legitimas tam in genere quam in specie ita vt generalitas specialitati Et specialitas generalitati non deroget in omnibus eorum eorumq articulis punctis clausulis conditionibus ac si hic de verbo ad verbum inserta essent authoritate Nra Regia approban et confirman esse duximus prout approbamus et confirmamus prae sentibus lris Nris decernen easdem in quantum iuris est et vsus earum habetur vim et robur debitae firmitatis obtinere debere. In quorum fidem praesentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni muniri iussimus. Datum Cracouiae in Comitys Regni Generalibus Felicis Coronationis Nrae Die VI. February Anno Dni Millesimo

Sexcentesimo Quadragesimo Nono. Regnorum Nrorum Poloniae & Sveciae Anno Primo
Praesentibus Reverendissimo Rndis Magnificis Gnosis MATTIA ŁUBIŃSKI
Archiepiscopo Gnesnen Legato Nato Regniq Primate. PETRO GEMBICKI Cra
coviensi NICOLAO ab Olexow PRZIEWOSZ Vladislavien ANDREA
SZOLDRSKI Posnanien PAULO PIASECKI Praemyslien ANDREA
a Leszno LESZCZYNSKI Vicecancellario Regni STANISLAO STAROK
SKI Chelmen Episcopis Symone Sczawinski Bresten Hieremia Korybuth
Wisniowiecki Terrarum Russiae Palatinis Stanislao Witowski Sendomirien
Michaele Comiti a Tarnow Wognien Castellanis Georgio a Tęczyn Ossolinski
Supremo Regni Cancellario Lublien Brodnicen Lubomlen Lubacsowien Rycen
Adzelen Derpaten &c Capneo. IOANNE NICOLAO de Żurow DANIEŁOWICZ
Supremo Regni Thesaurario MARTINO STAROZOWSKI Referendario
Regni STANISLAO SKARSZEWSKI Capneo Stesycen Regente Cancella
riae Regni Thoma de Rupniow Vieyski Custode Gnesnen Praeposito Varsavien
Mathia Cielecki Sacrae Regiae Mtis Secretarys & alys quam plurimis ad
praesentia Comitia congregatis) Ioannes Casimirus Rex Locus Sigilli Cancella
riae Regni Maioris Thomas Vieyski Regiae Mtis mppa. NOS itaq MICHAEL
REX praefata Supplicationi benigne annuentes eadem Privilegia in omnibus
eorundem Articulis conditionibus nexibus et ligamentis approbanda et
confirmanda et ratificanda esse duximus, utiquidem de suprema potestate Nra
Regia (inquantum iuris est) approbamus et confirmamus harum literarum muni
mine decernentes easdem vim, et robur perpetuae firmitatis obtinere debere. In
quorum omnium fidem & evidentius testimonium prntibus manu Nra subscriptis
Sigillum Regni subappensum Datum Varsaviae Die XXVIII Mensis Novem
bris Anno Dni MDCLXX Regni vero Nostri Anno Secundo
Michael Rex Sigillum appensum Regni Minoris Cancellariae Ioannes
Wolowski Varmien et Culmen Canicus Secretis Regiae Mtis mppa. NOS itaq
IOANNES TERTIUS etiamsi in hoc felici Coronationis Nrae Conventu Gnali
omnia iura Privilegia libertates et praerogativas Universis Regni Nri Ordinibus
Civitatibus et Oppidis, ac Subditis Nris gnaliter omnibus literis Nris abunde approba
vimus, tamen supplicationi suprascriptorum Civium Vieliciensium praesertim Nobilis
Ioannis Gladyß militis Nri veterani faventes meritis cui in hac Civitate Vieliciensi
bellica Arma deponere sudoresq Martios detergere, & ad decursum vitae suae an
norum

annorum Senectatis disponentibus complacuit, libenter Supplicationi huic detu
limus omniaq Iura & Privilegia hic inserta in omnibus, punctis clausulis et con
ditionibus authoritate Nra Regia renovanda conservanda ratificanda confirman
da roboranda et approbanda esse duximus prout renovamus, conservamus ratifi
camus confirmamus, roboramus, et approbamus, in quantum iuris est et usus eavi
habetur, decernentes easdem vim et robur debitae firmitatis semper obtinere
debere perpetuis temporibus. In cuius rei fidem prntes manu Nra subscrās Sigillo
Regni communiri iussimus. Datum Cracoviae in Comitys Generalibus
Felicis Coronationis Nrae Die XXX Mensis Aprilis Anno Domini
MDCLXXVI. Regni Nri Secundo Anno.

Ioannes Rex.

Melchior Gurowski
Serae Regiae Mtis Secretarius

Confirmatio Iurium et Privilegiorum Civitati Vieliciensi a Sermis Divae memoriae Regibus collatorum

Nº 646

Anno 1676

Numero 15to

188